





1744, 26.

27

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS

R I V I N V S

C O D . P . P .

de penitentia expensarum iudicialium et  
curatoris litis in Conservu ereditorum 171.



FECTO RIBENFALO

DIOHANNES ELLIGERENS

JULIANUS

COD. B. 5.



**M**oto concursu, expensae iudiciales ac salario curatorum litis et bonorum, et in vniuersum ea, quae ad communem totius concursus utilitatem promouendam, aut ad custodiam et conseruationem bonorum ipsiusque massae diuidendae necessario erogantur, iure prioritatis gaudent, et ipsis in prima statim classe locus assignatur, idque optimo iure propter utilitatem publicam. Aequum enim est, ut omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est *L. 1. 2. de Lege Rhod. de iactu.* Evidem horum sumtuum in veteri Ordinatione Processus Saxonici Electoralis nulla nominatim facta mentio; constanti tamen et perpetua obseruantia et stylo Collegiorum Saxoniorum inualuit, ut in frontispicio sententiae designatoriae commemorari et eorundem detractionem iure fieri, pronunciari soleat. At non generaliter ex corpore et substantia bonorum obaerati praecipiuntur, sed singulis creditoribus, quatenus percipiunt, pro rata detrahuntur. vid. *Enunc. nostr. ad O. P. Tit. XLII. En. 1.* quod et in *renisa et emend. Ord. Pr. dict. tit. §. 1.* expressa sanctio stabilitum, licet saepius iudices et actuarios regulas arithmeticae proportionis in distributione facienda et ducendo calculo negligere videas. Extra Saxoniam, analogiae iuris communis magis conuenire credimus, si detractionem prius fieri debere statuamus antequam creditoribus quidquam assignetur, neque cuilibet creditorum percipientium creditum, deminutione aliqua sumtum nomine facta, minuamus. Leges ciuiles heredi, qui beneficio inuentarii creditoribus hereditariis respondet indulgent, ut quicquid in confectionem inuentarii, vel in alias necessarias causas hereditatis sese persoluisse approbauerit, subducat. *L. 22. §. 9. C. de Iur. delib. et iuxta L. 8. 2. depos.* sumtus causa, qui necessario factus est, semper praecedere, et deductio honorum calculus duci debet, quo facto demum reli-

## IV

qua bona debitoris patrimonium esse incipiunt. Sane illi creditores, quibus iura priuilegium et prioritatem tribuant, vel qui sibi hypotheca prospexerunt, nullam pati deminutio nem, nec quidquam ad infirmiore iure gaudentes, qui for tasse non satis prouide crediderunt, et personae saltem fidem elegerunt, transmittere debebant, nec aequum est remotiores partem capere nisi prius anterioribus plene satisfactum conf. D.N. DE LEYSER *Med. ad Pand. Spec. CCCCLXXXI.* *Med. V.* Nec mouet, quod contraria sententia admissa, ad plures numero creditores solutio pertingat, nam laudan dus est is, qui vigilando conditionem suam meliorem reddere satagit, *L. 24. ff. quae in fraud. cred.* Sentiat igitur premium suae sollicitudinis, et totum percipiat debiti, de quo toto conseruando et tute ponendo sollicitus fuit. Quo loco ex iusta indignatione monendum, quod iudices, in primis temporarii illi, qui ex contraetu locationis conductio nis iurisdictionem alienam exercent, concursus saepius sine causa excident, et quo diutius sportulas ex eorum protraetione corradiant, et ex spoliis ac ruinis aliorum iniquum lucrum capiant, mirificas artes excogitent quibus iudicia haec vniuersalia, ipsis adeo proficia, fere in infinita tempora extendunt, inque eo solatium querunt, quod socios ini quitatis habeant in curatoribus litis et bonorum, qui sub specie praefiti iuramenti, in protrahendis concursibus auxilia trices porrigunt manus, et variis excogitatis machinis pro amplianda massa, quam tamen magis diripiunt pro viribus laborant, ut causam perpetuam habeat concursus, et spiritu nunquam expiret. Sic vulturum instar, tanquam in praedam conuolant, et si non omnem massam tamen prae cipuum absorbent. Imo quandoque expensas in alia causa vel ante motum concursum intuitu debitoris erogatas, vel etiam sumptus itineris, si non eodem in loco quo iurisdictione concedita exercenda est, domicilium habent, illis, qui iure prioritatis locati, miscent. Quare vtrosque monendos cen suis

suit Potentissimus Legislator in d. g. O. P. et quidem iudices, vt ab omnibus inutilibus abstineant, potius distributionem inter creditores omni meliore modo maturare studient: curatores vero litis, vt omnes eius ambages fu-  
giant, ideoque disceptationes super prioritate, suas prorsus non faciant, addita comminatione, quod non solum commodo petendi salario excidere, sed etiam poena extraordi-  
naria coerceri debeant sin contra agant. Sed quounque onere illo collationis ratione sumtuum grauandi veniant creditores? merito ambigitur. In vniuersali concursus iudicio concurrentibus tot creditoribus diuerso jure vtentibus, maxima eorum pars statim in primo termino credita sua probant, et ad statum liquidi perducunt. Nonnullis eorum, in primis vxoribus obaeratorum, dotem aut illata repetenti-  
bus, probatio iniungitur, reseruata curatori litis et reliquis concreditoribus reprobatione; veraque probatio solenni modo multisque ambagibus suscipitur, ita vt rotulorum comparandorum causa, et sententiarum e Collegiis ICtorum pe-  
tendarum, non pauca in progressu concursus eroganda sint;  
nec iudices et curatores litis in cumulandis sportulis crume-  
nae suae desunt: An igitur ad haec omnia ferenda et restituenda priuilegiatos et in anterioribus classibus locatos creditores, nolentes volentes obligatos censere, eosque indisolubili quasi nexu et vinculo contributionis vt sic dicam usque ad finem concursus constrictos tenere velle, aequum iustumque videbitur? Ita sane inueterata, propemodum irrationali-  
dixissem consuetudine introductum esse clamitant iudices. Hinc illis qui iure prioritatis vna cum forte et usuris locati, vel tamdiu quamdiu quidquam in concursu expediendum supereft, solutionem prorsus denegant, eosque ad distributionis decretum, quod vii per se inter cruces actuariorum a multis reputatur, ita ex causa sportularum, quantum pos-  
sunt differunt; vel tantam summam quantum superstitione erogationi sumtuum sufficere posse, aut potius lite in longis-

## VI

simum protracta vix consumi posse autumant, deducunt, ad-  
 eoque iniquo iure retentionis vtuntur. Qua in re, in *Ord.*  
*Proc. Rec. ad Tit. XLI. §. 6.* se praesidium inuenisse putant,  
 quae illis, qui vi iuris prioritatis liquidum verum per rem iu-  
 dicatam obtinuerunt, simulac creditores qui prorsus non com-  
 paruerunt, praecclusi facultatem petendi creditum totum aut  
 pro parte ex deposito quidem tribuit, ita tamen ut certam  
 quantitatem nummorum arbitrio iudicis definiendam in de-  
 posito relinquant. Quanquam si dicendum quod res est *Ord.*  
*Proc.* ibidem de eo solo casu illud disponat si supersint qui or-  
 dine illis qui solutionem petunt praeferri possent, per verba:  
 Wenn diesen andre, deren Forderungen noch nicht rechtskräftig  
 locirt, oder zum liquido gebracht, der Ordnung nach vor-  
 gehen. Sed quid si actiua nomina dubia fortasse et incerta  
 competunt debitori communī, quae ex consensu creditorum  
 per curatorem litis aut bonorum via ordinaria et separata  
 actione exigenda? eo certe casu iniquissimum censemus eos  
 in contributionem vocare, et oneri collationis subiicere, qui  
 primas tenent partes in sententia designatoria, et in ea acquie-  
 uerunt, nec vterius concertandi animum fount, quibusque  
 nec seritur nec metitur illis actionibus quibus massae incre-  
 mentum accedere debet, quae sine illarum actionum euentu  
 sufficit ut inde illis satisfiat. Saluum igitur maneat ius poste-  
 rioribus creditoribus persequendi ius suum, sed cum omne  
 lucrum et commodum exinde ad eos pertingat, priores vero  
 de damno vitando certent, si reliquis, in lite inchoanda et ad  
 finem perducenda, ferendo sumptus assistere, ad finem vero  
 perducta nihil ex euentu litis percipere deberent, videant  
 etiam soli vnde judici et curatori nomina exigenti satis fiat.  
 Quam doctrinam in pronunciando assulmis Ordo noster, et  
 nouissimo tempore aliquoties hac de re interrogatus inter par-  
 tes definiuit. Notabilis casus nouissimo tempore ventilatus  
 coram praefectura Lichtensteinensi. Quidam C. L. actionem ad  
 emendam Saxoniam propter iniustam incarcerationem puta-  
 tiuam



tium in iudicu[m] deduxerat, interea temporis plures creditores solutionem ab eo vrgentes concursum excitabant; Curator litis quaestione[m] proponebat in medium: an non e re omnium foret creditorum ad augendam massam litem illam a debito[m] motam continuari: In sententia designatoria ipsi non aliter facultas reassumendi illam litem dabatur, quam consensu omnium creditorum prius impetrato. Ad eius igitur instantiam iudex per literas patentes conquirebat suffragia creditorum, interque illos eius qui rei partes in ista lite profunda sustinebat: Hic, cui magna satis summa adiudicata fuerat, dissensum suum declarabat, adiecta protestatione ne summis erogandis massa diminueretur, cuius sententiae nonnulli alii creditorum accedebant: alios contra consentientes et propiniores ad continuandam litem inueniebat curator litis, quam infelici marte, absulutoria nempe in fauorem rei ad finem producebat: Restitutionem sportularum e massa communi petebat, cui se opponebat imprimis creditor qui contradixerat, victorque extiterat. Actis ad ordinem nostrum transmissis repellendum eum esse iudicabat Mense Aprilis huius anni, ipsi tamen solatium relinquebat facultatis repetendi ab illis quorum consensu causam tractauerat separatum: Sententia erat huius tenoris: Daraus so viel zu befinden, daß des Curatoris litis Sachen gestalten Sachen nach und in Erwägung, daß in dem Urtheil fol. 72. demselben die Fortstellung des wegen der Sachen Buße wieder St. anhängigen processus anderergestalt nicht als mit Genehmigung derer Gläubiger nachgelassen, hin gegen die Einwilligung von alleseits erlangt, vielmehr deren einige fol. niedersprochen oder nicht consentiret, St. auch selbst mit starken Posten angesezt, dahero zwar geschehen lassen müssen, daß der process wieder ihn, jedoch nur auf Kosten dererjenigen, so es verlanget, continuaret werde, gestalt er ausdrücklich contradiciret. Zu geschweigen Curator litis die appellation bereits im Monath May 1742. und fast ein Jahr vor dem location Urtheil, ohne dazu legitimirt

VIII

zu seyn interponiret, da bereits eine wiedrige Sentenz vorhanden gewesen, nicht statt hat. Es bleibt ihm aber die angegebenen expesen bey denenjenigen, so insbesondre ihre Einwilligungen ertheilet zu suchen unbenommen.

Sed designandus nunc venit ordo eorum, qui meo sub praesidio publice respondendo ac opponendo ad libros Pandectarum XXIV. et sequentes quotquot supersunt super prioritate certarunt, nempe

DN. GEORGIVS PHILIPP. SCHVLZE, Welouensis Boruss.  
CHRISTIANVS AVGUST. PESCHECK, Zitaiensis.  
CHRISTIANVS HENRICVS ERNESTVS LOEBER, Leucopetr.

IOH. GEORGIVS FROTSCHER, Frobersgrun Varisc.  
GOTTLIEB CHRISTIAN. BERNHARDI, Zittau.  
CHRISTIAN. GOTTLIEB DEGENKOLB, Stolp. Misn.  
CHRISTIAN. ERNESTVS WIRSIG, Suidnic. Saxo.  
CAROLVS CHRISTOPHORVS STOLLE, Dresd.  
IOHAN. GOTTLIEB DIETRICH, Cauertz. Misn.  
IOH. GEORG. FRANCISCVS SCHOENBERG, Lips.  
CHRISTIAN. GOTTLIEB HEECCIVS, Schlieben-Sax.  
IOH. CHRISTLIEB CRVSIVS, Leuna-Merfеб.  
CHRISTIAN. GOTTLIEB HELMRICH, Glashut. Misn.  
TRAVGOTT FRIDER. MATHVSALEM RASCH, Martisb.  
IOH. CHRISTIANVS SCHARNACK, Bischofsw. Misn.  
FRIDERICVS CHRISTIANVS REINOW, Dresd.  
CHRISTIANVS FRIDERICVS BARTH, Ossenf. Misn.  
GOTTFRIED ANDREAS WEINHOLD, Lip.  
CHRISTIANVS CHRISTOPHORVS ENGELH.

LAMBRECHT, Magdeb.  
CHRISTIANVS GOTTLÖB WACHS, Ossit. Misn.  
CAROLVS HENRICVS KOEHLER, Nossens. Misn.  
IOH. GOTTLÖB SCHVMMANN, Fiensted. Mansf.  
IOH. CHRISTOPHOR. KREMSIER, Klepzig. Misn.  
Quorum conflictibus generosissimos ac nobilissimos eorum  
commititones adfuisse recordatur Praeses. P. P. Domin. V.  
post F. Trinit. M DCCXLIV.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.







**ULB Halle**  
002 265 788


3



(f) 56.  
VDI8







1744, 26.

27

# ACTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOHANNES FLORENS

RIVINVS

C O D. P. P.

*relatione expensarum iudicialearum et  
bonis litigii in concursu editionum 171.*